

nentibus cum servis, & ancillis Aldiones, & Aldianas, Molendinis, piscationibus, vel omnibus ad eum pertinentibus, & est ipsa Abbatia nunc destructa, & a Monachis omnimodo derelicta, & nemo ibi Deo, sanctoque Mauro famulatur deseruit malorum hominum vastatione, atque invasatione, sed per hunc nostrum factum Deo concedente volo, atque constituo, ut iterum ibidem Monaci congregentur, & Domino nostro Jesu Christo, & suo fideli B. Mauro serviant pro salute animarum nostrarum, atque omnium fidelium, & pauperes, atque peregrini ibi hospitalitatem habeant, & per cujus neglectum hoc remanserit ab eodem S. Mauro, qui illuc requiescit, detrimentum accipiat. Etiam offerimus in eodem supradicto Monasterio massaritos centum triginta, In prædicto loco Spigno masas decem, in loco, & fundo Vidisione (3) masas quinque, in loco, & fundo Veurano (4) masonnam, in loco, & fundo Pradasco (5) masum unum, in loco, & fundo Ragnardo (6) masos tres, in loco, & fundo Mirbelli (7) masos tres, in loco, & fundo Pulcionem (8) masos septem, in loco, & fundo Tripino (9) masos duos, in loco, & fundo Pereto (10) masos tres, in loco, & fundo Al. masos quatuor, in loco, & fundo Alix (11) masos tres, in loco, & fundo Linarguano (12) masos tres, in loco, & fundo Montebaldone (13) masos octo, in loco, & fundo ubi Roca dicitur (14), & in Nauli masos quinque, in loco, & fundo Urfariola (15) masos tres, in loco, & fundo Masioni (16) masos duodecim, in loco, & fundo Perleto, & in Ulmo masos septem, in loco, & fundo Curtemilia masos decem, in loco, & fundo Dego masos tres, in loco, & fundo Cario, & in Gabiasca (17) masos undecim, in loco, & fundo ubi dicitur Crux ferrea (18) masos septem, in loco, & fundo, ubi Torre dicitur (19) masos sex, in loco, & fundo Ripalta masos quinque, in loco, & fundo Leveto (20) masos quinque, atque offerimus in eodem Monasterio res illas, quæ fuerunt juri Abbatiae Dei Salvatoris, quæ fuit constructa in loco, & fundo Visiovallis (21), sed a perfida Saracenorum gente destructa est, pro cuius amore reconciliandi hoc Monasterium capit construere, quæ jacent in comitatu Aquensis, quod nos acquisivimus per commutationis cartulam ex parte Archiepiscopus Mediolanensis Ecclesie, quæ sunt positæ in locis, & fundis Bestagnio, Melacio, Cugnacio, Placiano, Sambalaxo, Septevro, Sezago, Carpeneto, Ovaga, Montigio, Bibiano, Campalo, Cassine, Capaniano, Montexello, Sine, Artonto (22), eo videlicet ordine de præfatis nostris rebus hanc facimus donationem, & offerionem in tali protestu, ut perennis temporibus firma, & stabilis semper maneat, sicut hic per singula loca insertum est, & nostra decrevit voluntas, itaut faciant ipsi Abbates, & Monachi, qui præfenti tempore in eodem Monasterio militant, vel in antea Deo servierint, ex fructibus prædictarum rerum, & censuum, quod Dominus annue dederit, & collectum fuerit ad suorum usu, & sumptu quidquid voluerint sine omni mea, & hæredum meorum contradictione, vel

repetitione, & absque aliqua minoratione, aut invasatione. Nam quod Deus avertat, & fieri non credimus, si Præsul S. Aquensis Ecclesie, aut alicujus Ecclesie Pontifex, vel aliqua potestas ipsum Monasterium quasi ad ordinandum, vel regendum cum aliquo dominatu suscipere quæsierint, vel si e prædictis rebus, aut frugibus aliqua subtractione, aut minoratione Abbati, & Monachis, & successoribus facere voluerint, tunc veniat ipsum Monasterium cum omnibus ad eum pertinentibus sicut supra contulimus in potestate propinquioris nostri, & fortioris parentis, qui illo nefando die fortior, atque ditior, & prosimior visus fuerit, & tamdiu eundem cum omnibus rebus regat, & gubernet cum timore Domini, quamdiu bona potestas descendat, quæ hunc nostrum factum, & ordinationem stare inviolabiliter faciat. Et si aliquis ex nostris parentibus, seu aliqua persona ex supradictis rebus, vel decimis, quas ad ipsum Monasterium concessimus Abbati, aut Monachis contradictores existerint, aut si eis exinde aliquam minorationem fecerint ex parte S. Petri Apostoli maledictionem, & damnationem accipiant, nec habeant absolutionem illius, sed in perpetuo cum Juda partem habeant nisi emendaverint. Quod si Deo permittente a nemine exinde inquietati fuerint habeant, & teneant Abba, & Monachi ipsam Abatiam cum cortibus, & castris, seu massariis, & omnibus rebus cum omni integritate, & pertinentia, & eas regant, & ordinent rationabiliter juxta suorum voluntatem secundum Dominum, ad nostra conservanda statuta sicut eis, suisque successoribus ad tenendum, & gubernandum, seu fruendum offerimus, & concessimus. Ordinamus etiam ut sit ipsum Monasterium in consecratione Episcopi sanctæ Vadenis Ecclesie ad consecrationem faciendam, & Crisma dandum. Quod si Præsul illius Ecclesie Abbat, aut Monachi de consecratione, & chrisma donatione ex consuetudine aliqua dona quæsierint, vel si contradicere voluerint, tunc sanctam Apostolicam adgrediant Sedem, & cum auctoritate S. Pontificis eligant Abba, & Monachi qualiscumque voluerint Episcopum ad consecrationem faciendam, vel chrisma recipiendum. Aut si illis placuerit persistant in consecratione ejusdem Summi Pontificis eo tamen tenore quod supra dictum est, ut nulla dona, vel munera eis ab isto requirantur. Et tali ordine percultellum, festucam, nodatum, vvanonem, & vasonem terræ, atque ramum arboris ad partem ipsius Monasterii, & Abbatis legitimam facimus traditionem, & corporalem vestituram, ita nos exinde vvarpivimus, & absositos fecimus, & quietos cum omni suarum integritate habendum, & usumfruendum relinquimus (23). Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si ullus de hæredibus, ac prohæredibus, vel parentibus nostris, seu qualibet aut interposita persona contra hanc nostram traditionem, vel offerionem ire quandoque tentaverimus, aut eam per covis genium infringere quæsierimus tunc inferamus ipsi Abbati, & Monachis, suisque successoribus, vel pars ipsius Monasterii multa, quod est poena auri optimi libras ducenti, argenti pondera quingenti: & quod repe-